Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26076
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et paludes aquarum. et scopauerit eam scopa. non leuiter. et fortuitu s. terens.
ut nihil in ea antiquarum sordium resideat. In actibus apl'orum scribit. in ua
se illo linteo quod quattuor. dimissum principis pendebat celo. omnia gene
ra quadrupedum et reptilium et uolatilium continere. quod postea apl's dis
serens. Vs ingit ostendit m. nullum hominem immundum dicere. Mores
g hominis. in diuersis animantibus monstrabant. sicut pharisei et sad
ducei, ppter nequitiam appellant genimina uiperarum. et ppter dolos he
rodes uulpes dicit. et luxuriosi pronique ad uoluptatem. equi appellant
insanientes in feminas. et nolite fieri sicut equus et mulus quibus non est
intellegentia. Et econtrario innocentes columbe uocant. et oues. Igitur
iuxta doctrinam domini saluatoris quibus curas istius seculi et seductionem diuitiarum
spinas appellauit. ericius m uidet qui iuxta apl'm gaudet in incer
to diuitiarum. et armatum se non armatura dei. s. in spinas atque peccata
huius mundi efidit. cui rectissime dicitur illud euangelicum. stulte hac
nocte auferet anima tua a te. Que autem ppparasti cuius erunt. Tales
habitatores habet babylon deserta uirtutibus. ubi non est ager inri
guus quod afferat fructum diuersorum seminum s. paludes infertiles limose.
ac lutose. in quibus cenno gaudentia reptant animalia. Quamobrem de
mentissimum dns scopauit ea uehementissime terens. et quasi quodam euer
riculo ad purum usque mundabit. ut babylonia pereat. et a solis habi
tet ericius. Quando uiderimus aliquem diuitiarum immersum luto. et ut
lxx uitpretati s. barathro hoc est profundo uoraginis. et quasi cenosa pali
de circumdari. non dubitemus eum appellari ericium habitatorem deserti
babylonis. Iurauit dns exercituum dicens. Si non ut putauit ita erit.
et quomodo mente tractauit sic euenet. in terra mea et
in montibus meis conculcem eum. Et tauferet ab eis iugum eius. et onus illius ab
humero eorum tollet. Postquam ericius habitauerit in deserta babylone.